

- nemin contractu, quo casu licet lex non solat iramentum, sed ipsum presumatur simulatum, sicut contractus, & utrumque non valet.
- 6 Refutationes, quas faciunt minores administratoribus suis cum iuramento super administratione tutela, sunt valida.
- 7 Hoc limitatur preterquam, si constet priorem computationem aut fuisse erroneam aut non plenam, etiamsi minor cum auctoritate curatoris decreto iudicio & cum iuramento fecerit generalem liberationem tutori.
- 8 Confessio erronea etiam iurata potest revocari usque ad sententiam.
- 9 Ratio semel reddita iterum reddenda est, si allegetur error calculi.
- 10 Liberatio, vulgo dicta, fin y quitto, si dicatur, quod fuit facta non viso libro rationum, qui ex consequentia actus administratori venis ostendendus, non valet, etiamsi habeat plures renuntiationes & pana adiectiones de non contraveniendo.
- 11 Rationes intricatae ita ut non facile intelligi possint, non videntur reddita.
- 12 Rationes causam claram continere debent, quod si incerta vel obscura causa sit, non sufficiet.
- 13 Minor, qui generalem liberationem fecit cum iuramento administratori suo, allegans eam esse erroneam vel rationes non plene redditas fuisse, an id probare debeat, vel sufficiat consistere ex ipsomet instrumento liberationis, quod nulla ratio bona nec mala reddita fuerit?
- 14 Post conclusum in causa non potest probari error, sed bene potest revocari, quando nihil venit probandum.
- 15 Alleganti rationes fuisse plene & legitime redditas, incumbit onus probandi.
- 16 Qui semel rationem prestavit, non tenetur eam iterum reddere.
- 17 Ex quacunque scriptura publica oriuntur dua presumptiones, altera veritatis & altera solemnitatis.
- 18 Tutor vel curator & alius quicumque administrator tenetur rationem reddere usque ad triginta annos, & librum rationis exhibere, in quo continentur sigillatim, qua hic referuntur, & inventarium legitime factum tenetur etiam exhibere, alias presumitur dolus aduersus eum, & potest invari in licem.
- 19 Ratio debet reddi a capite usque in fin. computando prius introitu & accepta, & postea data, ut his visis fiat calculatio & liquideatur an sit residuum nec ne, contra unam vel alteram partem?
- 20 Modus conferendi rationes ab officialibus, qui multa recipiunt & multa transferunt ad alios.
- 21 Intra volum & requirunt quod alimale redditio rationum fiat, sc. quod administrator rationes reddat, legendas offerat & computandas, an accepta & data proprie & vere relata fuerint vel non, & reliqua restituar.
- 22 Aliud est rationem redditam esse, aliud redditam consisti.
- 23 Officiales qui non edunt codicem rationum, occultare presumuntur, quapropter in actionibus bonae fidei iuratur in licem.
- 24 Contra omittentem scribere aliquid in libro ra-

tionum, presumitur dolus & subtractio, que presumptio transfert onus probandi in adversarium.

- 25 Liberatio generalis etiam iurata non extenditur ad administrationem doli, ex qua adsumit aliquid administratori.
- 26 Absolutio a iuramento est petenda & impetranda, antequam minor agat contra liberationem generalem cum iuramento a se factam ministro suo.
- 27 Iuramentum eius, qui reddit rationes ad probandum, quod non sunt in fraudem conscripta, quando sufficiat.
- 28 Error potest allegari contra instrumentum habens clausulam guarantee.
- 29 Exceptio erroris est legitima exceptio ad hoc, ut possit opponi aduersus executionem instrumenti guarantee.

CAPVT XL.

De tutoribus & curatoribus, an emere possint a minoribus suis & de rationibus reddendis.

TUTOR ꝛ licet iure communi possit emere a pupillo palam & bona fide, ut in l. cum ipsi tutor, & ibi gloss. & Dd. precipue Salyer. C. de contrahen. emptior. & in l. si in emptione, §. si ff. eod. titul. communis est secundum Rebuff. in comment. ad consilium. Gallie. 1. tome. in tract. de don. & alio disp. & glo. 1. num. 4. fol. 359. hodie tamen id nullo modo potest facere iure Regio, per l. 1. tit. 5. libr. 5. ordinam. & per l. 14. titul. fin. libr. 8. ordinam. que leges hodie ponuntur in l. 23. tit. 11. libr. 5. nou. recopilat. Reg. vbi si alter fiat, imponitur pena administratori, ut emptio non valeat, & reddat quadruplum fisco. Quam materiam vltra Socin. in regu. 278. videndus est latissime declarans Petr. Duernas in reg. 31. per totum, vbi etiam loquuntur in quocunque officiali publico, qui ratione sui officij prohibetur contrahere, & ante eum Petr. Rebuff. vbi supra per totum illum tractatum, vbi procedit per ampliationem & limitationes.

Sed est dubium, ꝛ an per has leges nouas corrigatur, l. 4. titul. 5. part. 5. in vers. Pero decimos. ibi, fueras onde, quatenus lex illa exceptit duos casus a regula supradict. scilicet: Si el guardador comprasse del que tiene en su guarda con otorgamento del juez, o de alguno otro que le ouiesse a cargo en guarda tambien como el. Quibus casibus dict. requiritur, quod venditio fiat in voluntate minoris, & non in dandum, alias si laesus vel deceptoris reperitur minor, potest contractum retractare intra tempota a iure concessa, scilicet vsque ad vigesimum nonnum annum, quod ipse intelligi per beneficium restitutionis in integrum, ut patet ex legibus, ad quas praedict. l. 4. se refert, qua sunt l. 5. & 8. titul. fina. part. 6. in quo dubio videtur dict. l. part. 4. corrigi per ll. posteriores ordinamenti, cum per eas expresse prohibetur administrator minoris emere a minore, signo quodam vniuersali, scilicet, No pueda ni deua comprar ninguna cosa de sus bienes, ibi, E si la comprar publica o secretamente, pudiendo se probar la compra que assi fue hecha, no va la y sea des hecha, &c. Ergo nullo modo potest emere. Sed contrarium est tenendum, scilicet, quod

quod hi duo casus excepti per d. l. partitae non corrigantur per ll. ordinamenti, ut tenet bene probans Greg. Lop. ibidem in gloss. de aquel, dicens hoc videri verius. Adde ipse rationem, quod administrator his casibus emit tanquam extraneus, cum emat iudice vel contutore auctorante, & ideo non debet esse deterioris conditionis, quam extraneus, quia officium suum nemini debet esse damnosum, ut in l. sed & si quis ex signatoribus, ff. quemadmodum. testam. aper. & dictae leges ordinamenti prohibentes administratores emere a suis minoribus clam & palam sub certa pena, non loquuntur in his duobus casibus, de quibus agimus, sed eo casu, quo tutor, qui emat a suo minori, auctoratur sibi ipsi in illo contractu, quod de iure communi facere poterat tutor palam & bona fide, secundum supradict. communem opinionem, quam etiam refert Greg. Lop. vbi supra. Et hoc est quod d. ll. ordinamenti corrigunt. Et quod ipse non loquuntur, nisi quando ipse tutor emens sibi auctoratur, probatur ibi, De aquel o aquellos que administraren. Nam innunt verba haec, quod vnus tantum administrabat, isque emebat, & non contra ex illis ll. quod minor ibi haberet alium vel alios administratores, nec quod loquantur, quando auctoritas iudicis interuenisset in emptione supra. Sed hoc intelligit Petr. Duern. vbi supra in 9. ampliat. & in 7. limitat. magna causa interueniente, hoc est, si esset nimis vtile minor, quod adferet praed. venditio, ut constat ex d. l. partitae. Pro qua etiam opin. facit, quia lex noua generaliter loquens non corrigat casus speciales antiquae, iuxta gl. ordinariam, & communiter approbatam, in l. 3. gl. 1. C. de silent. lib. 12.

Sed vltra ꝛ Petrum Duern. vbi supra, adest in proposito difficilis questio, an scilicet venditio facta minore cum iuramento in fauorem sui administratoris, confirmetur eo casu, quo alias absque iuramento nihil valeret propter dict. ll. Regias, & administrator incidere in penam quadrupli secundum ipsum? In qua questione videtur primo dicendum, quod non firmetur iuramento huiusmodi contractus. Primo, quia inter alias rationes, quare non valet contractus hic abique iuramento, est illa praecipua, ne tutores vel alij administratores spoliarent suos pupillos, & alios, quos regunt, ut cum Alberic. tenet Rebuff. vbi supra. n. 1. & Pet. Duernas, vbi supra colum. 2. ad fin. vers. tertia ratio. Et sic ut tollatur occasio delinquendi, non valet contractus nec pactum etiam iuratum, ut tradit esse receptum in pacto de succedendo Mench. ut success. creat. §. 29. num. 18. quod fortificatur, quia est contra bonos mores, ac perinde non seruandum in reg. non est obligatorum, de reg. iur. in 6. Secundo pro hac opinione facit, quia vbiunque lex vel statutum presumit fraudem, dolum vel simulationem in aliquo contractu, iuramentum interpositum super illo contractu, eum non firmat, ut tenet gl. communiter approbata, in l. 3. C. plus val. quod agitur, &c. ut late dixi in repet. l. nemo potest, n. 38. ff. de leg. 1. & tenet late plures allegans Petr. Duern. in reg. 224. in 5. limitat. in fin. fol. 78. colum. 4. Sed ratio supra. ob quam fuit prohibitum tutoribus & aliis administratoribus, cum suis minoribus contrahere, concludit ob hoc non valere huiusmodi contractus inter minores & eorum administratores factos, quia tam propter superioritatem administratorum, qui loco domini habentur, quam propter reuerentiam & subiectionem

minorum, quam habent erga suos administratores, tum praeterea propter intellectus imbecillitatem minorum presumit lex administratorum de facili decepturos minores suos, item & simulatores maius pretium, quam reuera intenuerunt. Ergo merito, quod iuramento non firmetur huiusmodi contractus.

Rursus & secundo videtur, quod licet iuramentum hoc casu non confirmet contractus huiusmodi per supra. iuramentum, tamen ipsum sit omnino seruandum, sicut videmus quotiescunque prohibetur in odium creditoris, ut in creditore extorquente promissionem, vsurum cum iuramento a debitore suo. Nam hoc casu, ille qui iuravit statim, cum obseruat iuramentum soluendo, est absolutus ab ipso, & apud creditorem remanet res sine causa, & ideo poterit ille, qui iuravit soluere vsuras, postquam soluit agere aduersus creditorem conditione sine causa, & repetere vsuras solutas. Sed si non soluit, quia non potest vel noluit, tunc antequam labatur terminus solutionis, poterit petere a superiore absolutionem a iuramento, qua impetrata non tenebitur soluere, quia contractus non fuit confirmatus per iuramentum, ut in c. 1. & in c. debitorum, de iureiur. Quo argumento hanc opin. in terminis (sed generaliter in eo, qui prohibetur emere ratione officij, ut in l. non licet, ff. de contrah. empt. vbi gl. refert l. illam, tam ad eos, qui ratione officij publici, ut iudici, quam priuari, ut tutor a pupillo, prohibentur emere, & d. l. non licet, ponit penam quadrupli, si contra factum fuerit, sicut in nostro casu per ll. Regias ordinamenti supra. statutum est) tenet Bart. in l. si quis pro eo, n. 10. vers. ut in officiali, &c. ff. de fideiuss. cuius opinio tenet & sequitur Greg. Lop. in l. 5. tit. 5. part. 5. in gl. Para comer, & Auiles, in c. 2. correct. in gl. Mercaderia, n. 38. fol. 81. vbi allegat Patif. de Put. idem tenentem, & illa opinio Bart. est communis, secundum Mench. §. 28. n. 56. 57. & 58. vbi vult tenere contrarium, imo quod hoc casu contractus firmetur iuramento, licet tandem dicat tutorem esse communem opinionem.

Tertia opinio principalis poterit esse, quod contractus huiusmodi prohibitus inter administratores & eorum minores, firmetur omnino iuramento, eo modo, ut obseruato iuramento vel non obseruato, etiam impetrata absolutione iuramenti, adhuc implere & seruari debeat contractus. Primo, quia contractus alias a lege prohibitus & nullus, qui olim iure antiquissimo iuramento non firmabatur, ut in l. non dubium, C. de legib. hodie iuramento firmabatur, ut in l. 1. & in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vend. vbi dixi & resoluti cum communi & vera opinione adeo firmari contractus puberum iuramento ipsorum, ut procedat etiam in alienatione rerum immobilium facta sine auctoritate curatoris & iudicis, quae omnino alias requirebatur sub pena annulationis actus. Ergo ita & eodem modo dicendum videtur in proposito, quod contractus emptionis factus inter minores & curatores firmetur iuramento. Secundo pro hac opinione facit, quia attento iure canonico, cui est standum etiam in foro ciuili in materia concernente peccatum, sicut est praesens, ut supra non semel dixi, iuramentum appositum super contractu, alias nullo & reprobato per l. ciuilem, confirmat contractum, & omnino seruari debet, si non in nec dolo praestitum est, quando potest seruari sine incertis

salutis eterna, & non vergit in præiudicium tertij, vt in *c. quamuis pactum, de pact. in 6. cum similib.* Sed in proposito iuramentum est huiusmodi. Ergo seruandum omnino est. Tertio pro hac opin. facit, quia si verum est, prout *supr.* conclusum fuit, quod contractus hic, de quo agimus, etiam absque iuramento valet, quoties administratoris contractus cum suo minore factus est auctorante contutore, vel iudice. Ergo etiam valebit, quando interuenit iuramentum tantum ex communi opinione, quam modo tetuli, per me tradita in *d. auct. sacramenta puberum*, Quod etiam suadet, quia iuramentum habet vim transactionis, & maiorem auctoritatem habet, quã res iudicata, vt in *l. 2. ff. de iureiur.* Ergo si contractus hic factus auctoritate iudicis valet & tenet, vt in *d. 4. tit. 5. par. 5. a fortiori* firmabitur iuramento. Quatro hæc ead. opinio potest corroborari ex doctrina Bal. in *d. auct. sacramenta puberum, n. 14. C. si aduer. vend.* de qua statim dicemus in *n. 6. & seq.* Posset etiam isthæc opinio confirmari ex pluribus casibus *suprà* in discursu huius operis traditis & enucleatis, vbi actus alias inualidus & a lege reprobatus firmatur iuramento. Quid tenendum in re hac?

Profecto existimo hanc esse difficilem questionem, ipse tamen saluo iudicio melius sentientis existimo, hanc tertiam & vltimam opin. *suprà* proxime positam, veriore esse, scil. quod contractus hic emptionis & venditionis inter administratorem & minorem factus iuramento firmetur, & sic omnino seruandus propter religionem iuramenti per fundamenta *suprà* proxima, quibus existimo bene fundari hanc opin. Qua retenta non obstant fundamenta primæ opin. *suprà* relata, quia primum fundamentum loquitur in pacto de futura successione, in quo datur occasio delinquendi in futurum, si præd. pactum valeat, & ideo iuramento non confirmatur, vt late dixi in *repet. d. c. quamuis pactum, de pact. in 6.* At vero in nostro casu non datur occasio delinquendi, quia contractus celebratus est, & sic sumus in actu præterito, qui iam habet consummatum effectum suum, & postquam est celebratus hic contractus non remanet, nec datur occasio, nec votum captandæ mortis, nec aliquid aliud in futurum conferitur, ex quo delictum committendum esse timeatur, sicut alias contingit in pacto de futura successione. Secundo respondetur, quod tunc iuramentum, ex quo otitur occasio delinquendi, est nullum, quando ex tali facto lex præsumeret ex causa rationabili delictum. Sed si simpliciter fiat prohibitio ad remouendum delictum, quod posset interuenire, nec lex firmiter per actum prohibitum hoc præsumat, iuramentum tenet, vt probat Alciat. in *d. c. cum contingit, n. 76. in vers. Præterea non est verum.* Nec obstat, quod dictum fuit, esse contractum hunc contra bonos mores ac proinde iuramento non confirmari, vt in *regula non est obligatorum, de reg. iur. in 6.*

4 Quia licet contractus hic sit contra bonos mores ciuiles, non tamen est contra bonos mores naturales, cum nulla l. diuina, vel canonica sit prohibitus vel damnatus expressim, quo casu bene firmatur iuramento talis actus, vt tradit communem opinionem esse plures Doctores. referens Mench. de *fic. crea. §. 28. n. 9.* vbi ipse latissime de hoc agit.

5 Ad secundum fundamentum *suprà* dict. primæ opinionis respondetur, quod illud procedit, quo-

ties lex vel statutum expresse præsumit actum aliquem simulatum vel in fraudem factum, quia tunc potest lex per circuitum, hoc est, præsumendo fraudem & simulationem in contractu, tollere vires iuramenti, vt diximus in *d. auct. sacram. puberum*. Imo licet non tollat, iuramentum interpositum est simulatum & non valet, non tantum quando contractus vere apparer, aut probatur simulatus, iuxta d. glo. communiter approb. in *l. 3. C. plus val. quod ag.* sed etiam cum contractus præsumitur simulatus, vt alios allegans tradit Tiraquel. de *constitut. possess. 3. part. limitat. 7. num. 34.* At in proposito hoc non videmus lege aliqua expressum, licet ex mente eius percipi possit, vnde confirmabitur contractus hic iuramento, ex omnibus supradictis pro tertia opinione veriori, quia multum interest in proposito inter tacitum & expressum, argum. l. cum, qui, §. 2. ff. de verb. oblig. ibi *Quia diuersa causa est voluntatis expressæ & eius, quæ inest.* Nec etiam obest, quod tenendo suprad. tertiam opinionem minores remaneant decepti & læsi ex contractibus factis cum suis administratoribus, quia respondeo hoc non esse in consideratione interueniente iuramento. vt in *d. auct. sacramenta, nisi cum enormissima læsio intercesserit*, quo casu venditio etiam iurata retractari potest, non obstante iuramento, vt altissime dixi in *d. auct. sacramenta*, vbi examinaui, an tunc requiratur quod præcedat absolutio à iuramento.

Non obstat primum quod fundamentum secundæ opinionis supra relata scilicet c. 1. & cap. de *debitores, de iureiur.* quia illud procedit in creditore turpe aliquid extorqueat à debitore suo, non tantum iure ciuili reprobatur, sed etiam canonico, imo omni iure sunt vitæ prohibita. Nos vero non agimus in his terminis nec in similibus, sed in multum diuersis, vbi non datur turpitudine aliqua, nec reprobatur de iure canonico, sed tantum ciuili, vnde diuersum quidem hoc casu, quam in illo dicendum esse. Nec obstat etiam quod vbi contractus odio creditoris prohibitus est, firmetur iuramento, licet iuramentum ipsum sit seruandum, quia in proposito contractus, de quo agimus, non tam in odium administratorum prohibitus videtur, quam in fauorem minorum, vt patet ad sensum: firmabitur igitur iuramento. Non obest etiam quod Bart. *vbi supra*, & sequaces teneant suprad. secundam opin. generaliter in quocunque officiali prohibito contrahere, vt contractus ipsius non firmetur iuramento, licet iuramentum sit seruandum: quia contrarium tenent Ant. & Imo. in *d. c. cum contingit, de iureiur.* Imo quod contractus ille firmetur iuramento, & non debeat concedi absolutio ipsius ad effectum, vt contractus remaneat reuersus, quam opin. videtur sequutus Alciat. *ibid. n. 75. & 76.* dicens, videri veriore opin. Eand. etiam sequitur Marc. Ant. Bau. in *tract. de iureiur. & iurib. iur. n. 33. fol. 21. vol. 5. tractat. diuer.* Dd. vbi refert ad hoc Anton. *vbi supra* & Roman. in *rubric. ff. de arbit. & cum his remanet expeditus articulus hic & questio satis difficilis.*

Limite tamen suprad. opinionem in donatione iurata facta à minore administratori suo, quia ipsa non valebit, vel saltem non firmabitur iuramento, licet ipsum sit relaxandum, vt late & bene probat Ripa *resp. 238. nu. 11. & seq. alias resp. 4. de donat.*

Ex qua opin. *suprà* tenenda inferretur, veram esse opin. singularem quidem in practica Baldi

in *d. auct. sacramenta puberum nu. 14. C. si aduer. vend.* vbi tenet, quod reuocationes, quas faciunt minores tutoribus & curatoribus suis de administratione tutelæ, cum iuramento sunt validæ adeo, quod à tali iuramento potest peti relaxatio. Quæ opinio eo mel maxime probatur, quoniam d. ll. Regiæ tantum prohibent contractum emptionis & venditionis inter minores & administratores ipsorum, vt ex eisdem legibus patet: Ergo contractus hic, hoc est, liberatio facta à minoribus tutoribus & administratoribus suis administrationis bonorum suorum, maxime cum iuramento valebit & tenebit, si fiat ab adulto, præcipue quod text. in *d. auct. sacramenta puberum cum similib.* idem in effectu tenet idem Bald. in *l. 3. §. contrarium, super liberatione. ff. de contra. act. & vil. tu. per glo. ibi*, que hoc expresse tenet allegans Dd. & per text. in *d. c. quamuis pactum, de pact. in 6.* allegat etiam Bald. *ibi* glo. idem tenentem in *§. item sacramenta de pace iuramento firmam. in v. s. ib. feud. & inquit Corlet. in rub. de iureiur. num. 43. volu. 5. Doct. fol. 16.* quod eandem opin. tenet idem Bald. in *d. rubr. extra de iureiur. & omnes in d. auct. sacramenta puberum*, quos ipse non video tenere in *d. auct.*

7 Sed hæc opinio Bald. debet intelligi & limitari, præterquam si constet priorem computationem, aut fuisse erroneam aut non plenam, vt cum *l. l. conf. 19. nu. 2. lib. 2. & Pet. Anch. conf. 33. i. v. i. facti narratione*, tenet Bac. *de decim. tut. Hispan. iur. pract. c. 2. n. 162. & seq. fol. 3.* vbi ex Ancha. hoc extendit, etiam si minor cum auctoritate curatoris, & decreto iudicis fecerit generalem liberationem tutori, & afferuerit rationem administrationis sibi fuisse redditam, & insuper iurauerit: adhuc enim ex his non liberatur tutor à reddenda ratione administrationis, & allegat etiam ad hoc Socin. latissime rem hanc & materiam agentem, *conf. 159. n. 11. lib. 2.* Eandem etiam opinionem & limitationem sequitur Roland. à Vall. *conf. 49. n. 66. lib. 1.* vbi allegat Paul. de Caltr. *conf. 307. Soc. conf. 190. col. 3. in fin. & Dec. conf. 110. colum. fin. in fin. & est n. 9.* quia enim vidi.

8 Quæ opinio verissima est, & confirmari potest, ex eo quod confessio erronea etiam iurata potest reuocari vsque ad sententiam, vt tenet Bald. & lat. col. *fin. in l. error, C. de iur. & fact. ignor.* vbi dominus Ant. de Padill. *num. 12.* eos & alios referens testatur hanc videri communem opin. licet referat Fabrum *ibi* contrarium tenere, & Ant. de Butt. in *c. fin. colum. antepenult. versio. item ex hoc habet, c. de confess. exultantem*, hoc esse concedendum cum magna causæ cognitione. Sed magna causâ profecto dicitur meo iudicio, error, quia nihil tam contrarium consensui, quam error, vt in *l. cum testamentum, C. de iur. & fact. ign.*

9 Et inquit Auen. *2. par. c. 10. pratorum, n. 39. & 40.* quod ratio semel reddita, iterum reuocanda est, si allegetur error calculi, & veritas præfertur errori, vt in *l. vnic. C. de error. calcul. & in l. calculi, ff. de adminic. rerum ad ciuit. pertin. & in l. 30. tit. 11. par. 5.*

10 Et addit, quod si contra liberationem, quæ vulgo dicitur *Fin y quito*, dicatur, quod fuit data non viso libro rationum, qui ex consequentia actus administratoris venit ostendendus, & sic cum non dicatur legitime reddita ratio, non valebit liberatio, imo administrator dicitur fuisse in dolo, & dolosa redditio rationis, & eius libe-

ratio nullo modo valet, etiam si talis liberatio habeat plures reuocationes, & præmæ adiectiones de non contraueniendo, quia sunt ipso iure nullæ & tanquam accessoria regulantur à principali, quod nullo modo valet, vt pluribus allegatis *ibi* late probat & tenet Auen.

Dicens *¶ num. 41.* idem esse, si ostendatur liber, & rationes præcessissent tam intricatæ, quæ non facile possent intelligi, nam intricata ratio non est ratio nec data videtur, vt in *leg. cum seruus, ff. de condit. & demonstrat. cum similib.*

Quod adeo verum est, & vt rationes causam continuere oporteat: quod si incerta vel obscura causa sit, non sufficiat; Comparantur enim hæc, vel causam non adiecere vel talem adiecere, quæ intelligi recte nequeat. Ita ex facto consensu responderet Alex. *off. 172. incip. lectu. vol. 2. num. 6.* quum & alios ad hoc refert & sequitur Benvenut. Anchon. in *tractat. de mercat. 2. part. in princip. num. 60.*

Sed est dubium quod circa hoc, si minor, qui præd. confessionem reddidit rationis emisit, & liberationem generalem ab administratione cum iuramento præstitit suo curatori, alleget erroneam fuisse d. rationis redditionem aut non plenam, quod potest facere, vt modo diximus, ac perinde petat retractari, & quod iterum vere reddatur, an ipse minor probare debeat errorem vel rationem ipsam non plene vel insufficienter redditam fuisse, ad hoc, vt suprad. conclusio locum habeat, an vero sufficiat, quod constet ex ipsomet instrumento, in quo constituitur minor rationem redditam fuisse & liberationem generalem fecerit, quod nulla ratio bene nec male præstita fuerit, sed quod tantum minor id constituit. Et primo videtur necessario requiri, quod minor debeat probare errorem, vt in *d. l. error, ibi, errore probato, & in l. de arate, §. fin. ff. de interrogat. actum. in cap. fin. de confess. l. 5. tit. 13. vers. Orrosi de iuris, part. 3.* Et hæc reuocatio & erroris probatio, vsque ad sententiam fieri debet, vt in *d. iuribus probatur.*

Vnde post conclusum, quod in causa non potest probari error, sed bene potest reuocari, quando nihil venit probandum, vt tradit Math. de Affl. *dec. Neap. 44. n. 1. vbi n. 3.* dicit, quod dicitur constare de errore, quando constat de contrario eius quod fuit confessus.

Secundo pro hac opinione facit regula generalis, quæ habet, quod ei, qui dicit, incumbit onus probandi, non vero ei qui negat, quia actore non probante, reus est nihil præstiterit, obtinebit, vt in *l. 2. ff. de proba. & in l. afor. quod asseruerat, C. eodem, & in l. qui accusare, C. de eand. & in c. vnic. ve ecclesia, ben. sine dimin. confer.*

Tertio in expressis, quod aiunt, terminis, si isthæc opinio probatur, quia alleganti rationem non fuisse plene & legitime redditam, incumbit opus probandi, vt pluribus consiliis Dd. relatis, testatur Roland. à Vall. *vbi supra, n. 50.* Quæ opinio coadiuuatur, quia cum minor in instrumento publico confessus fuerit rationem redditam fuisse, & fecerit in eo liberationem generalem, cum iuramento de non contraueniendo, videtur quod contra id amplius venire non possit.

Primo, quia qui semel rationem præstitit, 16 non tenetur illam iterum reddere, vt cum aliis tradit Roland. à Vall. *n. 39.*

Secundo, quia ex quocunque scriptura publica oriuntur duæ præsumptiones, altera veritatis & altera solemnitatis, vt tradit Bald. in *cap. 1. §. si infra*

instrumentum, n. 2. de notio feudor. & qui contrarium dixerit, tenetur id probare, *vt in l. cum precibus, C. de probat. & in l. optima, C. de contrab. & commis. stipul. & in l. fin. ver. fin. autem, C. arb. iur. & in l. si post divisionem, C. de iur. & fact. ign. vbi nouissimi n. 3. hoc notant.*

Tertio, quia suprad. iuramentum adiectum instrumento suprad. confessionis, confirmat id, & omnino seruandum est per ea quae suprad. dicta sunt in hoc eod. c. ergo nullo modo poterit minor venire, nec aliquid allegare contra praedict. instrumentum, etiam si prius petierit abolutionem & relaxationem à iuramento suo, vt supra visum est. Imo secundum Bald. in d. aub. sacramenta. 211. 14. non potest peti relaxatio dicti iuramenti.

His tamen omnibus non obstantibus, contrarium in proposito tenet Rol. à Vall. vbi supra d. nu. 50. & segg.

18 Primo, quia tutor & curator, & quicumque alius administrator tenetur reddere rationem vsque ad 30. annos, & librum rationis exhibere, in quo descripti sint redditus & fructus qui percipiuntur ex bonis administratis, non confuse nec in genere, nec sub inuolucro verborum, sed sigillatim & distincte: item accepta & data, debita & credita, introitus & exitus item exhibere tenetur inuentarium bonorum administrationis, quod confecerit initio administrationis legitime factum, quia si non exhibuerit vel minus legitime, praesumitur ex eo solum aduersus eum & tenetur ad interesse parti, declarandum per iuramentum in litem ipsius partis. Et tenetur circa hoc plura alia facere, quae mire & optime ponit & declarat Roland. à Vall. d. conf. 49. à princ. & per totum illud consilium, quod profecto est si gnandum & ad id semper recurrendum in materia reddenda rationis, tam per tutores & curatores minorum quam per alios administratores, & latissime Baec. de decim. iur. ff. iur. praes. c. 2. num. 171. & segg. & que in fin. & bene Benuenut. in tract. de mercat. in 2. par. in prin. n. 56. & segg. fol. 74. vbi allegat text. in d. cum seruis, circa med. digest. de cond. & demonst. Et latissime etiam cand. materiam agunt & declarat Castel. in l. 27. Taur. in gl. De restitucion. per totam, & Auen. vbi supra n. 30. & segg. qui loquitur in rationibus reddendis per administratores reipublicae, & etiam aliqua agit de administratione tutorum & curatorum, & Meno. de arb. ind. l. 2. oem. 3. casu 209. per totum.

De filio administrante bona patris, quod tenetur de eis ceteris fratibus rationem reddere, Pinel. alios allegans in l. 1. part. 2. num. 39. C. de bon. maternis.

19 Et supradicti Dd. & concludunt, quod ratio debet reddi à capite vsque in fin. computando prius introitus, & accepta & postea data, vt his visis fiat calculatio, & liquidetur, an sit residuum nec ne, contra vnam vel alteram partem.

20 Et inquit elegantissime Bart. in l. 2. C. de natiu. l. 1. haec verba: Ex hac l. nota modum conficiendi rationes ab istis officialibus, qui multa recipiunt & multa transferunt ad alios: debent n. ea quae receperunt scribere, & à quo receperunt nominatim, & ex qua causa, vt suprad. de exactor. tribu. l. apparitores, Item debent scribere, cui dederunt nominatim, vt suprad. de suscep. & arch. l. neminem. Debent etiam ponere diem receptionis, vt hic. Si n. ista singulariter non scripserint, non videtur ratio reddi: quia non potest ille, cui ratio redditur, eam intelligere nec comprehendere, si

aliquid machinationis in ea habitum sit, vt dicit text. in d. neminem, ratio enim quae non potest intelligi, non videtur reddi, vt in l. argentiarius, §. edi. ff. de eden. Et hoc verum, nisi in expensis valde minimis, in quibus statim sacramento administratoris, vt in l. scimus, §. in computatione, supra de iur. delib. & de donat. l. si quis pro redemptione, & c. ff. si cui plus quam per l. Falcid. l. Diuus. Haec tamen Bart. quae verba refert & sequitur Benuenut. vbi supra n. 57. sequitur plures allegans Baec. vbi supra n. 157. & segg.

Itaque iura & volunt & requirunt, quod actualis redditio rationum fiat scilicet quod administrator rationes reddat, legendas offerat & computandas, an accepta & data proprie & vere relata fuerint vel non, & reliqua restituat, vt in d. l. cum seruis, & sic lex necessario requirit factum, l. argentiarius, ff. de eden. Sed quando lex requirit factum & actuali redditionem, non statim assertioni, vt in l. si forte, ff. de castren. pecul. quia vbi opus est factio, verba non sufficiunt, leg. air prator, §. si quis, ff. de nou. nunciat.

Secundo, quia aliud est rationem redditam esse, aliud redditam conscribere, vt in l. assiduis, cum glo. C. qui potior. in pigm. hab. l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, ff. de re iud. & sic non sunt eiusdem efficacitae assertio & actualis traditio siue redditio, Et ita in terminis consulit Per. Anchar. & alij relati per Rolan. à Vall. vbi supra n. 53. & 54.

Praeterea, quia vt supra dictum est ex Auen. administrator, quia praed. modo reddit rationem, non exhibendo librum rationem eo modo confectum, quo supra dictum est & etiam inuentarium, dicitur esse in dolo, & rationis redditio dolosa.

Vnde inquit Benuenut. & vbi supra num. 68. 23 quod si officiales non edunt codicem rationum, occultate praesumuntur, quapropter in aditionibus bonae fidei iuratur in litem, vbi ipse probat alios allegans, & probatur ex eo secundum ipsum, quia dolus est omittere id, quod ex officio facere astringuntur, l. dolus, ff. mand. capitul. cum aterni, de re iudic. & tenet Bald. conf. 152. vol. 3. & Decius consil. 110. nu. 7. & segg. & lal. consil. 111. vol. 1. relati per Benuenut. vbi supra. Sed in nostro praesenti casu, de quo agimus, nullus liber exhibitus fuit, nec inuentarium bonorum, nec apparet de receptis, nec datis, nec de alia computatione mala nec bona ex quibus satis praesumitur & probatur dolus curatoris & deceptio, & imbecillitas minoris. Igitur nihil valet, etiam si liberatio sit generalis & habeat plures renuntiationes & pœnae adiectionem, item etiam & iuramentum, quia iuramento non confirmatur actus, quotiescunque dolus verus, vel praesumptus praecessit, vt in c. quamuis pactum, cum simul. de pact. in 6. sicut contingit quotiescunque tutor vel curator, vel alius administrator omittit scribere in libro aliquid, quod receperit ratione bonorum quae administrauit.

Quia & contra omittentem praesumitur dolus 14 & subtractio, vt in l. tutor, qui reperiuntur, ff. de administr. iur. l. si pupillus, §. sed & si quis, ff. de neg. gest. Baec. vbi supra n. 178. quae praesumptio transfert onus probandi in aduersarium secundum Soc. & Dec. relatos per Rol. à Vall. vbi supra n. 55. & 56. vbi n. 57. concludit, quod non dicitur plene reddita ratio, sed quod dicta liberatio fuit dolose extorta, quae tanquam iniqua & nulla non est sequenda, secundum alios quos refert.

Quoniam

25 Quoniam, & quando dolosa fuit administratio, & ex tali administratione aliquid adest tutori vel curatori, & utilitatem consequitur, liberatio & quietatio quantumcumque generalis, ad talem administrationem non extenditur, etiam si liberatio sit iurata, secundum Roland. à Vall. vbi supra n. 57. & segg. qui bene probat, & alios ita tenentes refert. Et quod diuisio, & cuiuscunque rationis redditio ad subtracta & dolo occultata, probat expresse text. in l. tres fratres, ff. de pact. & in l. 30. tit. 11. part. 5. ac per consequens iuramento non firmabitur talis liberatio, quia praecessit dolus, vt supra dictum est.

Et tenendo hanc secundam opin. quae profecto verior videtur, non obstant primam & secundam fundamentam supra adducta pro prima opin. quia loquuntur & procedunt, praeterquam si ex ipsomet instrumento appareat defectus redditionis rationis, ac per consequens confidet de errore, & de minus legitimo facto, prout in nostro casu contingit per supradict. pro hac secunda opin. Et eod. modo responderi potest ad quartum fundamentum supra adductum pro d. prima opin. Aliud fundamentum de iuramento non etiam obest, quia ipsum intelligitur iuxta naturam contractus, super quo interponitur, & sic vbi adest consensus, alius non, vt in l. fin. C. de non num. pec. de quo latissime egimus supra. c. 37. Sed vbi est error vel dolus, non est consensus, vt supra est probatum, & igitur iuramentum hoc casu non confirmat actum.

26 Erit tamen & petenda abolutio ipsius & impetranda, antequam allegetur contra praedict. instrumentum, quamuis Bald. vbi supra dicat non esse hoc casu concedendam: sed concedi debet & solet, cum ex hac sola abolutionis concessione ad effectum agendi vel excipiendi impetrata, nullum praedictum alteri parti fiat, cum per eam non detrahatur viribus actui attributis per iuramentum si eas attribuit, sed tantum habiliter pars quae iuratur ad agendum vel excipiendum absque peritio aduersus actum vel contractum quem iuratur, vt late diximus in dist. authent. sacramenta puberum. Et quod si quis deceptus iuratur, sic concedenda abolutio à iuramento, tenet Alciat. in dist. c. cum contingat, numer. 76. Ergo cum in proposito sit deceptus minor, concedenda est sibi abolutio. Et iam ego vidi concessam abolutionem iuramenti in his propriis terminis de quibus loquimur, quia minor fecit instrumentum publicum suo curatori, in quo confessus fuit redditam sibi fuisse rationem plene, & fecit liberationem generalem cum iuramento de non contrahendo, & confessus fuit praeterea se tenet curatori suo ex reliquatione, quod vulgo dicitur Alcançe contra el fecho de la dicha confession de dacion de euentas, in certam summam & quantitatem pecuniariam, & se obligauit illas soluere curatori ad talem terminum. Nam minor hic petiit à iudice ecclesiastico abolutionem & relaxationem à praedicto iuramento, & sibi concessa fuit ad effectum agendi vel excipiendi. Qua obtenta, cum à se pereretur dictum debitum per suum praetorium curatorem, opposuit se minor executioni producens d. abolutionem iuramenti, & allegans supra dicta aduersus dictum instrumentum: iudex his non obstantibus, pronuntiauit instrumentum illud esse extingendum, & fuit minor postea citatus ad extremam venditionem

bonorum suorum, quod vulgo dicitur, Para venante, & iterum se opposuit allegans supradicta, per quae existimo ipse de iure aboluendum fore minorem, & eas esse partes indicis, vt id instrumentum annullat & iubet reddi rationem inter curatorem praedict. & minorem, & ad id nominandos computatores per partes ipsas.

Nec supradictis obstat, quod ad probandum 27 quod rationes non sunt in fraudem conscriptae, sufficit iuramentum eius, qui eas reddit, vt in l. si quis pro redemptione, C. de donat. & sic videtur hoc attento, quod sufficeret iuramentum curatoris hoc casu iurantis, quod nulla fraus interuenit in praedictis rationibus, sed quod sunt verae. Nam respondeo quod hoc procedit, quando rationes scriptae & redditae ostenduntur extensae, sed quia dubitatur, an sint verae, id iuramentum reddentis eas exigitur, imo illud non sufficit, quia committitur arbitrio boni viri, inspecta quantitate causae & qualitate personarum, per l. non omnia, §. à Barbaris, ff. de re mil. quia mala fama iurantis extenuat iuramentum, secundum Bal. in c. bona, d. 1. de elect. ita tradit Ioann. Francisc. de offic. & potest. capituli sede vac. qu. 8. 2. p. prin. num. 17. volum. 15 tract. diuers. Ductor. folio 185. At nos in proposito nostro loquimur, quando nullae rationes calculatae ostendantur, sed tantum confessio earum, & generalis quietatio & liberatio, vel si aliqua ostenduntur, sunt tamen minus sufficienter redditae, idque ex eis constat: ergo nullo modo sufficit iuramentum administratoris affirmantis eas veras esse.

Ex quibus omnibus videtur resultare, non ita absolute veram esse traditionem Bald. in dist. authentica sacramenta puberum, n. 14.

Vltimo & est aduertendum pro complemento 28 supradictorum, quod licet supra dixerimus, errorem posse allegari, & ob eum reuocari posse confessionem vsque ad sententiam, & non post, hoc esse intelligendum de sententia iudiciali, non veto conuentionali, prout est illa, quam partes in instrumento publico apponi faciunt, scilicet clausulam guarantee, quia ea non obstante, poterit opponi haec exceptio erroris, & ob eam reuocari confessio aduersus instrumenti guarantee executionem, nisi de malitia opponentis constiterit, vel nisi super calculo sententia lata fuisse per l. 1. C. de error. calcul. vt in terminis cum Boerio quast. 1. §. concludit. D. Anton. de Padil. in d. l. error. n. 17.

Quod & est vtile ad ampliandam, l. 4. titul. 8. 29 lib. 3. ordin. quo hodie est l. 1. titul. 21. libro 4. noue recopilat. Regie, quae ponuntur exceptiones, quae tantum debent admitti aduersus executionem instrumenti publici vel sententiae: nam illis tu addere poteris exceptionem erroris ex supradictis, dummodo probetur infra decem dies datos à lege statim sequenti ad probandum praedict. exceptiones, vel si statim confidet de errore & mala redditione rationem ex ipsomet instrumento, vt supra latissime conclusum est, cum quibus ad laudem Dei expedio me ab hoc capit.

S V M M A R I V M.

1 Inter patrem & filium sub eiusdem patris potestate constitutum, tantum oriuntur naturalis obligatio ex contractu inter eos gesto, non vero civilis, praeterquam in castrensisibus, vel quasi.

2 Ratio

- 2 Rationes differentia ponuntur, quare tunc oriatur naturalis obligatio, non vero civilis.
- 3 Obligatio qua acquiritur filio in potestate a patre, non reacquiritur ipsi patri.
- 4 Obligatio naturalis qua acquiritur seruo contrahendo cum proprio domino reacquiritur ipsi domino.
- 5 Iuramentum efficit, ut inter patrem & filium constitutum sub ipsius patris potestate, oriatur obligatio efficax de iure canonico ex contractu inter eos gesto.
- 6 Inter patrem & filium emancipatum, & inter fratres non constitutos sub eiusdem patris potestate, oriatur ex contractu actio & obligatio efficax ad agendum etiam sine iuramento, & num. sequent.
- 7 L. placet, digest. de acquir. heredit. qua habet, ut quicquid acquirit filius, acquirit patri, non habet locum in dote aduentitia.
- 8 Donatio inter patrem & filium in potestate, bene valet ex causa dotis, vel augmenti ipsius.
- 9 Pater potest in vita solvere legitimam, & non est donatio.
- 10 Pater in aduentitiis obligatur filio civiliter.
- 11 An idem sit in aduentitiis, in quibus pater habet usufructum.
- 12 Patri, qui filium emancipatum retinet in domo, & administrat illud quod ei donauit, non quaritur usufructus, imo tenetur filio rationem reddere, & idem est in omnibus quorum patri non acquiritur usufructus.
- 13 Pater tutor filiorum emancipatorum tenetur eis rationem reddere de tutela & cauere, & eius bona sunt tacite hypothecata.
- 14 Inter patrem & filium velatum hodie potest geri quicunque contractus, licet tamen, & inde illusiones fiunt.

CAP V T XLI.

Qua actio siue obligatio oriatur ex contractu celebrato inter patrem & filium constitutum sub patria potestate.

Inter patrem & filium sub eiusdem patris potestate constitutum, tantum oriatur naturalis obligatio ex contractu inter eos gesto, non vero civilis, vt probat text. in l. frater a fratre, digest. de conditione indebit. & ibi gl. Bart. & Doct. & quod non oriatur civilis obligatio, vltra Doct. ibi, est communis opin. secundum Ioan. Orosc. in l. 2. n. 10. digest. de origin. iur. vbi ex hoc durate hodie inter patrem & filium manum regiam assemitat: & quod obligatio civilis non oriatur inter patrem & filium in potestate, nec inter dominum & seruum, text. in §. item inuilit, Insti. de inuilitis stipul. & l. 6. tit. 1. part. 5. vbi limitatur in castrensis vel quasi.

2 Sed est dubium in proposito, & quare obligatio civilis non cadat nec oriatur inter patrem & filium constitutum sub eius potestate, nec inter duos fratres constitutos sub eiusdem patris potestate, naturalis autem sic: In qua re tres rationes differentie refert Bart. in dict. leg. frater a fratre, num. 12.

Prima ratio est, quam Bart. inquit esse communem rationem Doctorum, quia patria pote-

tas est de iure ciuili, vt in princ. Insti. de patr. potest. & in l. nam ciuili, ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. sed de iure ciuili pater & filius censentur vna eademque persona, vt in §. ei vero qui, Insti. de inuilitis stipul. & in l. fin. C. de impub. & alii subdit. Sicut ergo idem non potest sibi ipse esse obligatus, ita nec pater & filius & eadem ratione, nec plures filij in eiusdem potestate constituti: sed de iure gentium pater & filius sunt diuersa persona, & ideo obligatio naturalis, quae est de iure gentium cadit inter eos: & cum hac prima ratione transeunt omnes secundum Ias. ibi in lect. numer. 23. dicit communem iterum, numer. 33. in repet. nu. 1. & 20. & est communis secundum Paul. de Castr. ibi num. 7.

Secunda ratio Bart. vbi supra, est, nam actiones & obligationes sunt introductae propter iudiciu. Est enim actio ius persequendi in iudicio, & c. Sed inter patrem & filium non potest esse iudiciu, vt in l. lis nulla, ff. de iudic. ergo, & c. Hanc etiam rationem communem appellat Bartol. vbi supra, & testatur etiam communem Ias. ibi in lectura, num. 34. vbi reprobatur singularem illationem, quam ex hac communi ratione faciebat Martin. Laud. dicens, quod cum iure canonico inter patrem & filium in ipsius potestate constitutum possit esse iudiciu, vt in e. si annu, cum similibus, de iudic. in 6. hodie de iure canonico sit correcta dict. leg. frater a fratre, & sic quod oriatur etiam actio ciuili inter patrem & filium constitutum in eius patria potestate: hanc etiam secundam rationem Bart. dicit communem idem Ias. in repet. d. l. frater a fratre, num. 20.

Aliam & tertiam rationem deducit Bart. vbi supra ex iure consulto in leg. serui, & filij, in princip. ff. de iur. quae Bartol. dicit meliorem & firmiter, scilicet quod de iure gentium, antequam essent proditae actiones illae, qui debebat aliquid recipere, conuequebatur illud manu Regia seu per potestatem Regiam, vt in l. 2. in princ. ff. de origin. iur. Et istud est commune omnibus gentibus, nam Regia potestas de iure gentium est, vt in l. ex hoc iure, ff. de inst. & iur. & postea de iure ciuili fuerunt introductae actiones, per quas quis in iudicio persequatur, quod sibi debetur & considerat ius ciuile, quod patri erga filium, vel domino erga seruum remanebat illa potestas Regia, qua sua auctoritate potest auferre seruo vel filio, illud, quod sibi debet, ideo ipsi patri vel domino non prouidit de remedio actionis vel obligationis ciuili. Et hanc rationem testatur meliorem Ioann. Orosc. in l. 3. numer. 8. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Sed haec ratio solum concludit quare pater non habeat filium obligatum ciuilitate. Sed ratio, quare filius non habeat patrem obligatum ciuilitate, est secundum Bartol. ex duabus iuris regulis. Vna regula est, quae habet, Quod quicquid acquirit filius, acquirit patri, leg. 1. in princip. digest. si quis a parent. fuer. manum. & in l. placet, digest. de acquir. heredit. vbi dicitur, quod nec vel momento subsistit in persona eius, per quem acquiritur. Alia regula est, Quod ex quacunque causa recipiendo ab alio tu acquiritur tibi, ex eadem stipulando a me tibi non obligor, vt in leg. si seruo, §. & regulariter, digest. de iur. & in leg. liber homo, in princip. digest. de verb. obligat. Cum ergo filius obligando sibi alium ciuilitate, quarat patri, merito patrem sibi obligare non possit.

Vt tertius est aduertendum, & quod licet gloss. 3

in leg. quis pro eo, §. i. verb. tenetur, ff. de si quis for. tenent, quod haec obligatio naturalis, qua acquiritur filio stipulanti a patre, reacquiritur statim ipsi patri, per regulam text. in d. leg. placet, cum similibus. tamen contra gloss. illam est text. clarus, imo quod non reacquiritur patri praedict. naturalis obligatio, sed remaneat in persona ipsius filij, in d. leg. frater a fratre, in versic. contra si pater, vbi inquit & probat text. quod si pater quod filio debuisset, eidem emancipato solueret, non repetet: Nam hic quoque manere naturalem obligationem, inquit text. ille. Ergo remansit illa naturalis obligatio in persona filij, & non fuit reacquisita patri: & ita Bart. ibi per totam illam leg. & praecipue num. 10. & 37. gloss. suprad. reprobatur & Ias. etiam ibi in lectura, num. 8. & num. 28. Contrarium etiam tenet gl. magna, ibi ad finem, in versic. est & alia ratio, vbi inquit Ias. in lectura, num. 38. testatur, quod haec vltimo loco allegata est approbata per omnes, & idem in repet. n. 37. dicit, quod est melior, quam sit in corpore iuris: & testatur ab omnibus approbatam, idem Ias. ibi in lectura, n. 44. in princip.

4 Et idem ¶ est in seruo: Nam obligatio naturalis, quae sibi acquiritur ex contractu per eum gesto cum domino non reacquiratur ipsi domino. Ita voluit gloss. in leg. si quod dominus, 64. in ordine, verb. in conditione danda vel non ad finem, ibi, solutio, ff. de cond. indebit. quam sic intelligunt ibi Bart. num. 3. Paul. 1. Ias. ante n. 1.

5 Sed si ¶ contractui gesto inter patrem & filium constitutum sub ipsius patris potestate accedat iuramentum, oriatur efficax obligatio de iure canonico, vt in cap. cum iuram. de homicid. vt tenet additio Bart. in dict. leg. frater a fratre, n. 40. liter. B. quam opin. ibi sequitur Ias. in lectura, n. 40. dicens, hoc non probati in dict. cap. cum iuramento. Et quod eam opinionem tenet Ioan. de Anan. ibi, num. 2.

6 Ex quibus omnibus infertur ¶ planissime, quod inter patrem & filium emancipatum, & inter fratres non constitutos sub eiusdem patris potestate, oriatur ex contractu actio & obligatio efficax ad agendum, etiam non interueniente iuramento. Quod probatur primo, argumento ab speciali omnium supradictorum, nam loquuntur tam iura, quam doct. in filiis constitutis in patria potestate, & ea ratione probatum fuit non oriri inter eos actionem neque obligationem efficax, sed tantum naturalem, vt constat ex dict. leg. frater a fratre, & ex dict. leg. placet, cum similibus, & dict. leg. Regia 6. & ex rationibus supra assignatis. Secundo, quia non tantum donatio facta a patre filio emancipato valet & non potest reuocari, sed etiam si fiat filio in potestate, si postea ei sui iuris effectus, ac tenenti rem donatam non adimatur, vt in leg. siue emancipatus, Codice de donation. & in l. donationes in concubinam, §. pater, ff. eodem.

7 Hinc est, quod text. in dict. leg. placet, ¶ quae loquitur in filio in potestate, vt quicquid ipse adquisierit, acquirit statim patri, non habeat locum in dote aduentitia, quae olim illo iure pleno iure acquirerebatur filiae, vt tenet Paul. de Cast. per text. ibi, dicens esse speciale, in leg. Caius, num. 2. ff. solut. matrimon. & testatur communem opinionem Bal. Nouell. de dote 6. part. priuileg. 33. fol. 1. 8. & etiam hodie pleno iure acquiritur filiae, quia nec per l. C. acquiritur usufructus patri in huiusmodi dote, secundum Bal. Nou. vbi supra. Et quod in dote

recepta per filium pro vxore, videndus est Bal. Nouel. vbi supra priuileg. 36. per totum. Ergo cum filius emancipatus nihil acquirit patri, sed tantum is, qui est in potestate patris bene potest esse, & cadit inter eos obligatio ciuili efficax ad agendum.

Secundo hinc etiam est, ¶ quod inter patrem & filium ex causa dotis bene valet & constat donatio, licet filius sit constitutus sub patria potestate, vt probat text. expressus in leg. Pomponius Philadelphus, ff. famil. erciscund. & ibi notant gl. fin. Bar. & caeteri scribentes.

Et idem erit ex causa augmenti dotis, secundum Ias. in rubr. ff. solut. matrimon. n. 39. dicentem ita Placentiae consuluisse.

Et idem est ex causa legitima, ¶ quia pater ¶ potest filio solvere legitimam in vita, & non est donatio, vt tradit Roder. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus, in princ. n. 1. & seq. C. de inofficio. testament. de quo dixi in mea rep. c. quamuis pactum, de pactis in 6. in verb. a filia, n. 6.

Hinc etiam ¶ & tertio est, quod pater in aduentitiis obligatur filio ciuilitate, vt probat text. in Liubemus, in §. in suprad. C. ad Trebell. quem text. ad hoc notant ibi Bart. & communiter DD. & idem Bart. in dict. l. frater a fratre, num. 16. allegans plures gloss. ita tenentes, vbi Ias. in repet. num. 28. testatur hanc esse communem opin. & in lectura, n. 37. qui retroque text. in dict. §. in suprad. contra communem opinionem supradictam: Sed communis opinio est tenenda.

¶ Quam ¶ communem opinionem intelligit ¶ Bart. dict. num. 6. in dict. leg. frater a fratre, in casibus, in quibus in aduentitiis patri non queritur usufructus, nec est legitimus administrator, quia in illis rebus non potest patri potestatem exercere, sicut nec in castrensis vel quasi, vt in leg. si quis vxori, §. 1. ff. de furt. Sed in aduentitiis in quibus pater habet usufructum, & in quibus est legitimus administrator, & potest patriam potestatem exercere sine reprehensione, vt in l. 1. Cod. de bon. mat. tunc inquit Bartol. fe non putare quod obligetur filius patri ciuilitate, quia subest adhuc ratio praedict. Et hanc Bartol. distinctionem sequuntur Doct. secundum Paulum in dict. l. frater a fratre, num. 15. quamuis Ias. ibidem in prima lectura, num. 37. in princ. reprobet eam, existimans vtroque casu consistere obligationem ciuilem inter patrem & filium, ex text. quem inducit, in leg. si quis vxori, §. 1. in dict. l. serui, & filij, in princ. eod. tit. dicens per rationem d. §. 1. videri confundi differentiam supra dictam Bart.

Vnde cum filius emancipatus sibi & non patri acquirat, sequitur quod inter patrem & filium emancipatum, & inter fratres non constitutos sub eiusdem patris potestate, oriatur actio & obligatio ciuili, efficax ad agendum vltra naturalem, quae etiam inter constitutos sub patris potestate oriatur, vt supra dictum est.

Tertio & principaliter pro supra dict. conclusionem, quod inter patrem & filium emancipatum oriatur actio ciuili efficax ad agendum, est text. expressus in leg. litis contestatae tempore, §. fin. ff. de negot. gest. cuius verba sunt haec: Pater si emancipati filij res a se donatas administrauerit, filio actione negotiorum tenebitur, vbi gl. fin. hoc intelligit, venia petita, si est emancipatus, alias nullo modo agit, vt in l. 2. C. de in iur. voc.

Et ex dict. §. fin. notant ibi Bart. ¶ & alij Doct. 12 quod si pater emancipat filium & retinet eum in domo

domo & administrat illud quod ipsi donavit, non queritur vsufructus patri, imo tenetur reddere rationem filio, idem eadem ratione dicit Bart. esse in omnibus, quae queruntur filio, quorum patri non queritur vsufructus. vnde si pater administravit bona praebenda filii, tenetur ei actione negotiorum gestorum reddere rationem administrationis, vt tradit Arias Pinel. in l. 1. in 2. part. num. 19. & 32. Cod. de bon. mar. de quo ipse dixi latius supra capit. 4. num. 19.

13 Ex quo t etiam text. tenent Doct. quod pater tutor filiorum emancipatorum tenetur rationem reddere filiis de tutela & cauere, & quod eius bona sunt tacite hypothecata sicut si esset extraneus, licet secus sit in patre legitimo administratore filii, quem in potestate habet, vt plures allegans tradit Ari. Pin. vbi supr. num. 27.

14 Ex quibus inferitur, quod cum hodie per l. 47. Taur. quae est l. 8. titul. 1. libr. 5. noua recopil. Regia, El hijo, o hija casado y velado, sea auido por emancipado en todas las cosas para siempre, quod inter patrem & filium vel filiam velatam valebit & poterit geri quicumque contractus (licitus tamen) & ex eo orietur inter eos actio & obligatio efficax ciuilibus ad agendum, sicut inter extraneos, & ibi Anton. Gomez. numer. 3. plurima infert ex hac emancipatione legali. Inter quae primo illud, quod dicit. l. placet, cum similibus, non habebit locum in filio velato, quia is non acquirit patri, sed sibi ipsi. Secundo, quod licet filius qui est in potestate patris non possit esse in iudicio absque licentia patris, vt in l. fin. paragr. necessitate, C. de bon. qua lib. tamen hodie filius coniugatus, addit & velatus sit. Tertio, quod licet lis nulla possit esse inter patrem & filium, vt in l. in nullo, digest. de iudic. hodie tamen sic post contractum matrimonii, addit & velationem. Quae illationes meo iudicio sunt verissimae & practicantur quotidie, eo addito, vt si filius patrem conueniat in iudicio, semper petat ab eo veniam, vt dixit gloss. fin. dict. l. liti contestata, paragr. fin. per text. quem allegat. Vnde est, quod lex 48. Taur. statim sequens. statuit, vt pater post velatione filij teneatur filio restituere bonorum aduictiorum vsufructum & tempore velationis, ita quod apud eum nihil vsufructus remaneat, & ipse filius post velationem frui debet vsufructu dictorum bonorum. Et ita ex supradictis & aliis pluribus fundamentis, quae nunc omitto, quia propositio verissima est, teneo firmissime, quod inter patrem & filium emancipatum possit celebrari quilibet contractus licitus, qui potest inter extraneos: & inter eos etiam orietur actio ciuilibus efficax ad agendum vltra naturalem.

S V M M A R I V M.

- 1 Substitutus pupillaris non potest pacisci super hereditate pupilli viuentis.
- 2 Hoc tamen non procedit, quando in tali pacto vel renuntiatione interuenit iuramentum, de quo vide numeris sequentibus, vsque ad finem, cap. quia est dubia questio, praecipue, n. 5. & 6.
- 3 L. 2. §. illud, ff. de hered. vel actio, vendit. intellect.
- 4 Ius patronatus ecclesiasticum non potest vendi, bene tamen transire cum vniuersitate vendita, nulla facta mentione de eo.
- 5 Renuntiatione iurata hereditatis pupilli tantum facta per eius substitutum, an valeat?

6 Renuntiatione iurata substitutionis pupillaris facta consentiente pupillo, & perseverante in hoc consensu vsque ad mortem, bene valet & tenet.

C A P V T X L I I.

De substituto pupillari an possit pacisci super hereditate pupilli viuentis.

Substitutus pupillaris non potest pacisci super hereditate pupilli viuentis: quia pactum de futura successione, & sic de hereditate viuentis est reprobatum a lege, tanquam contra bonos mores, vt in l. fin. C. de pact. & in l. pactum dotale, C. de collat. cum similibus sed per substitutionem pupillarem succeditur directe pupillo & non testatori, vt in l. 2. §. ad substitutum, digest. de vulg. & pup. ergo eius successio & hereditati dum viuunt, renuntiare non potest. Secundo, pro hac opinione facit text. in l. ita tamen, §. a patre, ff. ad Trebellian. vbi probat text. ille, quod substitutus pupillaris grauatus restituere hereditatem pupilli, non potest cogi ipsam adire viuo pupillo. Reddit text. rationem quia non probe de hereditate viuentis pueri agitur, igitur optime probatur illo text. substitutum pupillarem non posse pacisci super hereditate pupilli viuentis, ac perinde eius successione remittere siue renuntiare. Et in expresse hanc opinionem tenet Bartol. in l. qui Roma, §. fin. numer. 20. digest. de verbor. obligatio & ibi sequuntur alij Doct. hanc etiam opin. tenent & sequuntur Salycet. num. 13. Alexand. 6. in l. 1. C. de pact. & ibi testantur hanc opinionem communem esse Curt. Senior in repet. num. 3. in fin. & Curt. Iun. n. 53. Hanc etiam sequitur alios allegans Anton. Gom. in l. 22. Tauri, num. 16. Hanc etiam testatur communem Menchac. de successio, creat. §. 1. num. 29. qui supra dictos non refert.

Hac tamen communis t opinio non procedit, quando in tali pacto vel renuntiatione interuenit iuramentum de non contraueniendo, per text. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. vbi renuntiatio & pactum iuratum de futura successione firmatur iuramento, quamuis lege ciuili esset improbatum pactum illud: Ergo eodem modo dicendum est in proposito per illum text. Et ita in terminis tenet cum Paul. de Castr. num. 6. & Modernus in dict. lib. qui Roma, paragr. final. Anton. Gomez. vbi supra contra Bald. in cap. cum coningat, de iure iurand. colum. 6. versicul. ex his apparet, & est in num. 26. qui tenet contrarium, eo quod pactum de successione non deferenda vel diminuenda viuentis, eo de cuius hereditate agitur, non valet, nisi ipse consentiat, sed pupillus consentire non potest, vnde non valet iuramentum quod infringit libertatem testatoris, vt in dict. l. final. Cod. de pact. Sed hoc non obstat Anton. Gomez. vbi supra, tenet opinionem affirmatiuam Pauli, primo loco supra positam, & eam comprobat quinque aliis fundamentis contra Bald. & ideo ea non referam, sed tantum vnum, quod est caeteris praestantius vel duo, scilicet quod substitutus pupillaris hoc casu non renuntiat successioni debite ab intestato iure sanguinis, sed potius desistit a successione debita ex dispositione hois, & sic testatoris defuncti, & applicat eam venientibus ab intestato pupilli,

pupilli, & sic potius est pactum de conseruanda successione, quam de perdenda. Et ita videtur valere, argumento text. in leg. si ab eo, Cod. de legitim. heredit. & in §. final. Infirmus de legitim. agnat. success.

Secundo, t pro hac opinione allegat Anton. Gomez. text. in l. 2. paragr. illud, digest. de hered. vel actio, vendit. vbi probat text. quod substitutus pupillaris potest vendere hereditatem pupilli, maxime si sibi iam sit delata, ex quo verb. maxime, praesupponitur idem esse si non sit delata, & sic licet viuat pupillus, nam haec est natura huius dictionis, maxime. Et quamuis gloss. ibi verbo, maxime, primo existimet illud verbum abundare, quod etiam tenet gloss. in l. quidam in iure, §. fin. ff. de donat. & gloss. in l. final. verb. pacisci, Cod. de pact. tamen Curt. Senior ibi num. 25. testatur hunc intellectum esse communiter reprobatum, quia diuinat illi text. & violat eius literam, & in iure nihil debet esse superfluum nihilque diminutum, vt in prima consit. C. paragr. quibus, cum similibus. Quare tenendum videtur ad illum textum secundus gloss. ibi intellectus. Ex quo confirmatur & probatur opinio Anton. Gomez. vbi supra, contra Bald. scilicet, quod ibi ideo tenet venditio hereditatis pupilli, vt in accessoria, quia in paterna tenet, argumento leg. immodicus, ff. de contrahend. emptio. & in l. patris & filii, ff. de vulgar. & pup. substitut. & hunc intellectum sequitur Bartol. in dict. l. final. numer. 1. prope finem, licet non alleget gloss. illam, & ibi Ial. num. 15. sequitur hunc intellectum, & dicit communem ibi Curt. Iunior numer. 27. Decius numer. 21. Cagnol. 79. Et licet secundum hunc intellectum etiam videatur dari votum captandae mortis, tamen tenendum est, tum quia communis, tum etiam quia videtur quadrare litera illius text. quia votum captandae mortis ita militat in substituto sicut in emptore, reiecto alio intellectu Fulgos. in dict. leg. final. numer. 8. existimantis in dict. paragr. illud, fuisse mortuum pupillum, substitutionem tamen pupillarem fuisse factam sub conditione, & ideo valere eius venditionem, antequam deferatur hereditas, mortuo tamen pupillo, quia hic intellectus & diuinat, & est contra literam illius text. ibi maxime, non etiam admitto alium & quartum intellectum Curtij Senioris in dict. leg. final. numer. 25. existimantis, quod verbum illud maxime intelligatur conditionaliter, quia hoc etiam est improprie significationem vocabuli. Vnde tenco communem intellectum supra dictum ad illum textum, ex quo redditur vera nostra opinio de iuramento, quod confirmat pactum & renuntiationem substituti pupillaris super iure pupillaris substitutionis, tanquam accessorij ad hereditatem patris substituentis, in qua principaliter consistit renuntiatio iurata substituti. Qui intellectus communis primo confirmatur per text. in l. quadam, digest. de acquirend. ver. dominio, vbi probatur, quod sunt quaedam quae non possunt sola alienari, & tamen transeunt cum vniuersitate ad heredem, vt fundus dotalis vel res, cuius commercium aliquis non habet: nam & si legatus non possit, tamen haeres institutus dominus eius efficitur. Ergo ita in proposito dicendum est. Nec obstat quod lex illa non loquatur in nostro casu, sed in fundo dotali, cuius non habemus commercium, nam illa sunt exempla, quae non ardeant regulam, vt sunt iura vulgararia.

Secundo, communis t intellectus supradictus ad text. in dict. l. 2. paragr. illud, confirmatur, quia ius patronatus ecclesiasticum, cum sit spirituali annexum, non potest vendi, & contractus venditionis factus est irritus, vt in cap. de iure, de iur. patronat. quia esset simonia, vt in cap. querelam, & per totum, de simon. tamen bene transit cum vniuersitate vendita in emptorem nulla facta de eo mentione, vt in cap. ex literis, & in cap. cum secundum, de iur. patronat. tradit bene Abb. in cap. quanto, numer. 9. de iudic. & optime in hoc distinguens Rochus de Curt. in tractatu de iur. patron. in verbo, ipse vel is, questio. 24. numer. 44. & frequentibus, folio 78. & Covarruias libro 2. variar. resolution. capit. 18. numer. 8. Ergo ita & eodem modo, licet hereditas pupillaris sola de per se non possit renuntiare, simul tamen cum hereditate paterna, hoc est, ius substitutionis pupillaris, quia sub eo & patris & pupilli hereditas comprehenditur, bene potest pactum iuratum renuntiare, quia incidenter & accessorie venit hereditas pupillari viui. Vnde non est in consideratione, quod pupillus viuat & non consentiat pacto siue renuntiationi substituti, cum etiam intercedat iuramentum.

Ex quo communi t intellectu videtur inferendum, quod si renuntiatio cum iuramento expresse fieret super hereditate pupillari tantum, nisi etiam fieret simul cum hereditate paterna, vel super ipso iure vniuersalis substitutionis pupillaris, quo verumque comprehenditur non valeret renuntiatio & pactum praedict. cum iuramento, sicut in venditione decimum extat, iuxta supradict. communem intellectum dict. paragr. illud. Quod profecto est subtile & menti tenendum, si verum est, sed id non affirmo. Nam in renuntiatione iurata amplius reperitur, quam in dicta venditione, scilicet, iuramentum t Vnde recenta opinio Pauli vbi supra, & sequacium, videtur quod valeat pactum & renuntiatio iurata facta per substitutum pupillarem, siue fiat vniuersaliter ius hereditatis tantum pupilli, cum pactum hoc de non succedendo iuramento confirmetur, iuxta dict. capit. quamuis pactum, & quae ibi latius diximus. Quod secus esset in pacto affirmatiuo de succedendo. Nec adhuc obstat, quod in dicto cap. quamuis pactum, intercessit consensus eius, de cuius hereditate tractatur, vt ibi diximus: in nostro vero casu non, quia pupillus non potest consentire, quia substitutus hic non renuntiat successioni debita ab intestato iure sanguinis, sicut contigit in filia renuntiante in casu dict. cap. quamuis pactum, sed potius desistit a successione debita ex dispositione hominis, & applicat eam venientibus ab intestato, vt considerauit Anton. Gomez. vbi supra. Et sic indistincte videtur tenendum, cum ipsius & Pauli opinione, scilicet quod pupillaris substitutus possit pacisci cum iuramento super substitutione pupillari & ei renuntiare adhuc viuo pupillo, & hoc quando in fauorem venientium ab intestato fit pactum siue renuntiatio. Quam etiam opinionem sequitur Alexand. in dict. l. qui Roma, §. duo fratres, numer. 27. licet opinio contraria Bald. adhuc verior videatur de iure, quam sequuntur in dict. §. duo fratres, Angl. 4. questio. Ial. num. 7. & Ripa num. 81. & Alciat. num. 27. & 28.

Vbi limitat, t praeterquam si renuntiatio iurata 6 fieret

fieret consentiente pupillo & perseverante in hoc consensu vsque ad mortem, per *dist. leg. final. Codice de pati.* quod est ex mente Bald. *vbi supra*, & sequacium præcipue Ripæ, *dist. numero 82.* Et ita potest saluari prima opinio Pauli & sequacium, scilicet vt procedat consentiente pupillo & perseverante in eodem consensu vsque ad mortem, alias secus: & hoc tenere est securius in articulo ita dubio & difficili.

S V M M A R I V M.

1. Iuramento an possit renuntiare Senatusconsulto Macedoniano per filiumfamil. & an tunc iuramentum istum sit seruandum, vel etiam renuntiatio? & num. seqq.
2. Actus à iure prohibitus in odium creditoris non firmatur iuramento.
3. Filiusfamil. qui cum iuramento renuntiauit Senatusconsulto Macedoniano, si soluat, an possit repetere id, quod soluit.
4. Filiusfamilias accipiens mutuum contra prohibitionem Senatusconsulti Maced. mero iure ad id reddendum obligatur tam ciuilitate quam naturaliter.
5. Filiusfamil. non potest simpliciter absque iuramento renuntiare Senatusconsulto Maced.
6. Filiusfamil. qui mutuum recipit, an teneatur in foro anime id reddere.

CAPVT XLIII.

De renuntiatione Senatusconsulti Macedoniani.

FILIUSFAMILIAS † si renuntiat Macedoniano Senatusconsulto cum iuramento, tenetur solvere propter iuramentum, & postea condicit, argumento *capit. debitoris, de iurand.* vel possit petere se absolutum ad cautelam ante lapsum termini. Ita tenet Bart. *in leg. si quis pro eo, num. 10. ff. de fideiusso.* ea ratione, quia prohibetur contractus hic mutui cum filiofamil. à iure in odium creditoris mutuantis, vt *in leg. tametsi, & ibi glo. ff. ad Macedon.*

2. Quo casu † iuramento non confirmatur actus nec contractus à lege vetitus hac ratione, vt *in capit. 1. & in dist. capit. debitores, de usuris, & in capit. significante, de pignor.* Quæ ratio Bart. (non dico eius dictum de Macedoniano) communiter approbat per Doct. secundum Couarr. qui eos refert, *de pati. in sexto. 2. part. §. 3. per totum*, præcipue numero 1. Eandem quoque rationem Bart. cum ipsius illatione in Macedoniano inquit videtur esse magis communem Menchac. *de successio. creat. §. 28. numero 51. & sequentibus.* vbi eam sæpe appellat communem & probat, tam de iure ciuili quam canonico in eo, quod dicit, quod contractus hic mutui iuramento filiifamil. non confirmetur, licet communem in vtroque dicat opinionem Bart. quam in eius dicto speciali de Macedoniano dicit etiam communiter approbatam, idem Mench. §. 28. numero 44. Sed in præsentî casu de Macedoniano adest secunda opinio glossæ *in §. item sacramenta, verb. super contractibus, in versic. quid si filiusfamil. minor renuntiauerit Macedoniano? de pace iuramento seruand. in vsibus fendo.* Vbi tenet, quod

etiamsi filiusfamil. minor renuntiauerit Macedoniano & iurauerit, non tenetur, quia nec maior renuntiare potuisset, cum non sit fauore eius inductum, sed odio creditorum, sic enim daretur materia peccandi, quod est contra publicam vtilitatem, vt *in leg. 1. in princip. ff. ad Macedon. & in principio; Institut. quod cum eo.* Hanc eandem opinionem videtur expressius tenere Abb. *in capit. cum coningat, num. 22. de iurand.* vbi inquit iuramentum hoc casu omnino nullum esse nec indigere absolutione ea ratione, quod contractus hic occasionem peccandi præbeat, quam etiam opinionem sequitur Menchac. *vbi supra num. 53.* dicens eam tenere Couarr. *vbi supra*, sed fallitur, quia Couarr. opinionem Abbatis non tenet, vt constat ex ipsomet Couarr. Imo *in fine, num. 4.* tenet contrarium cum aliis quos refert, hanc etiam tenet Iacob. de Bellouif. & Ioan. Andre. relati per Alciat. *vbi infra* statim eum allegabo, & Mench. *d. §. 28. num. 44.*

Rursus & tertiam opinionem supradictis contrariam tenent in articulo proposito Alciat. & Ioan. de Imol. *in dist. cap. cum coningat. n. 67.* quos sequitur Corneus in *authentic. sacramenta puerum, quest. 11. num. 31. Cod. si aduers. vendit.* existimantes, quod imo non competat absolutio ex tali iuramento, quo filiusfamil. renuntiauit Senatusconsulto Macedoniano, ex quo ex parte mutuantis non est dolus nec peccatum, licet res eum odio prosequatur: Et hoc limitant supradicti, præterquam si essemus in loco, vbi tantum scelus foret fieri. Et hanc tertiam opinionem testatur sibi videtur veritorem & magis communem Alciat. *in dist. cap. cum coningat, numero 76. in versicul. secundo inferitur.* Hanc etiam opinionem licet Alciat. non referat, tenet Couarr. *vbi supra ad finem, numero quart. in versiculo vltimo existimo.*

Et in hoc articulo ponit concordiam Ioann. Faber *in §. qua diximus, Institut. quod cum eo, numero 4.* scilicet quod in præiudicium filij teneat huiusmodi renuntiatio iurata Macedoniani, videlicet quando factus fuerit sui iuris, quia tunc potest seruari sine præiudicio tertij, & absque detrimento salutis æternæ, alias secus, hoc est, dum filius est in potestate patris. Et hanc concordiam sequitur inter has opiniones, & eam dicit probabilem Antonius Gomez 2. *tom. capit. 6. de contract. mut. numero 2. column. 2. illius numeri:* qui eam probat ex doctrina Innocent. *in capit. scriptura de voto:* vbi tenet, quod votum filij in vita patris non obligat, postea vero sic.

Ipse vero in hac varietate teneo tertiam opinionem supradictam Antonij & Imolæ, & sequacium, quæ communior & verior est, secundum Alciat. *vbi supra*, & constat præterea ex omnibus qui articulum hunc examinant. Opinio vero Bartol. in hoc articulo de renuntiatione Macedoniani cum iuramento non est communis, nec aliquis hoc dicit, quia Mench. *vbi supra*, dum dixit, eam communem esse, non recte perpendit terminos Doct. quia verum est, quod ratio & fundamentum Bartol. scilicet quod vbi lex prohibet aliquem actum odio creditoris non confirmatur iuramento; sic in genere communiter approbat per Doct. Eius vero species & exemplum in renuntiatione Macedoniani iurata non approbat communiter per Doct. quinimo in contrarium se habet cõmunior opinio,

opinio, vt *supra* visum est, scilicet quod absolutio à tali iuramento non detur, nisi in casu *supra* posito.

3. In eo etiam, † quod Bart. *vbi supra* dicit, quod si filiusfamil. qui cum iuramento renuntiauit Senatusconsulto Macedoniano, soluat, potest statim repetere, argument. *d. cap. debitores de iurand.* eius opinio non videtur nec esse vera, quamuis eam communem dicat Menchac. *vbi supra num. 52.* quia etiamsi filiusfamil. accipiens mutuum non iuret nec renuntiet, si tamen soluat non potest repetere, vt *l. qui exceptionem, ff. de cond. indeb. & in l. sed & si pater, paragr. final. ff. ad Macedoniam.* vbi inquit text. quod hi demum solutum non repetunt, qui ob penam creditorum liberantur adione, non quoniam exonerare eos lex voluit. Ex quibus conclusionem Bart. supradict. falsam esse existimat Couarr. *vbi supra, dist. numer. 4.* nam si absque iuramento promissum soluerit filiusfamil. mutuum quod accepit, minimè haberet repetitionem: à fortiori igitur nec repetere poterit si contractum iurauerit, cum multo maior sit tunc vis contractus. Nec obstat *dist. capit. debitores.* ratioque Bart. supradict. communis, quia illud verum est, quando creditor inique & illicitè ex contractu acciperet & contraheret, vt in vsuris, quarum contractus & receptio sunt illicita & iniqua reprobataque omni iure. At in præsentî casu, etiamsi creditor contra prohibitionem iuris contraxerit mutuum à filiofamil. non tamen inique accipit pecuniam à filiofamil. quam ei mutuo dederat, cum suum hoc casu conseqnatur creditor, & tractat de damno vitando, non vero alienum, nec tractet de lucro captando. Hanc etiam opinionem contra Bartol. quod non competat repetitio, tenet expresse Alciat. *dist. numer. 76. ad finem, vbi limitat,* quando constaret quod timore iuramenti filiusfamil. soluit, vt quia sic in solutione protestatus est. Et in hoc tantum casu esse intelligendum & seruandum Bart. affirmat Alciat. *vbi supra*, alias secus, scilicet quod non competat repetitio: hanc etiam opinionem cum eadem limitatione tenet & sequitur Menchac. *vbi supra numero 51.* licet dubitet de vsur. limitatione, quia parum probabile & verosimile sit, quod qui pius fuerit in iuramenti obseruatione, is impius sit in repetendo, quod iure petoluerat.

Ipse vero omnibus supradictis recte visis & consideratis, existimo tenendum esse etiam in hac vltima conclusione indistincte contra Bartol. scilicet, quod filiusfamil. qui iurauit renuntiationem Macedoniani, si soluat, nullo modo repetere possit per iura supradicta, quæ hoc probant non interueniente iuramento: Nam potior debet esse hoc casu conditio possidentis, qui suum conseqnatur est. Quæ decisiones & rationes etiam militant eo casu, quo filiusfamil. soluat timore iuramenti: nam eodem timore non debet repetere alienum postquam soluit, cum solutione à se facta desisteret esse suum & effectum fuerit creditoris, cui solutum fuit, & sublata fuerit obligatio solutione eius, quod debetur, vnde alienum nullo iure repetere potest.

4. Quia † filiusfamil. accipiens mutuum contra prohibitionem Senatusconsulti, mero iure ad id reddendum obligatur, tam ciuilitate quam naturaliter, licet sit iustus opæ exceptionis, vt *in l. 1. & per totum, C. & ff. ad Macedoniam.* tradit

Anton. Gomez. *secundo tomo capit. 6. de contract. mutui, numer. 2.* Et ita nullo modo potest filiusfamil. post solutionem mutui iustificare petitionem suam de reddendo, cum etiamsi alleget se soluisse timore iuramenti, & vt illud adimpleret, supetst contra eam alia ratio quod soluit debitum, ac per consequens non possit repetere quod suum non est nec sibi competit: Item quia si prædict. limitatio vera esset, semper filiusfamil. soluens mutuum protestaretur, se timore iuramenti solvere, ac ita demum posset semper repetere, quod non est verum, igitur. Et ita existimo tenendum, tam in puncto iuris quam in iudicando & consulendo, licet Mench. *vbi supra* dixerit opinionem Bart. supradict. contrariam esse communem, quia id nego, nec vnquam id probabit Menchac. scilicet in casu speciali Senatusconsulti Macedoniani, in quo loquitur Bartol. licet in eius generali ratione communiter sit approbatus Bart. vt *supra* dixi, sed illud nihil ad nos, cum sit in casu mutuum diuerso à nostro, scilicet in casu *dist. capit. 1. & capitul. debitores, de iurand.*

Illud autem † absque dubio est, filiumfamil. non posse renuntiare simpliciter absque iuramento Senatusconsulto Macedoniano, quod si renuntiet, nihil faciet, & constat hoc esse verissimum ex supradict. & esse communem opinionem & tenendam testatur Couarrunias *vbi supra dist. n. 4. in versicul. ego vero aduersus Zaslum l. 2. singul. respons. capit. 28.* qui existimabat contrarium, scil. posse filiumfamil. absque iuramento renuntiare huic exceptioni Senatusconsulti Macedon. Et cum his remanet explicatus casus hic.

Vltimo illud tantum † addam (quod memor sum me iam dixisse in *repetit. authentic. sacramenta puerum, numer. 83. & 84. C. si aduers. venditio.*) scilicet an filiusfamil. qui mutuum recepit, teneatur in foro interiori anime non obstante Macedoniani exceptione mutuum solvere? In quo dixi *dist. numer. 83. & 84.* cum Innocent. Abbate & Anton. Gomez. non teneri præterquam si in ipsius filiifamil. vtilitatem mutuum versum sit. Nunc idem dico & teneo, quod vltra à me ibi allegatos tenent Iaf. Alciat. & Adrian. *repetit. per Couarru. vbi supra dist. num. 4.* quamuis ipse existimet & teneat, in vtroque casu teneri filiumfamil. in foro conscientie solvere & reddere mutuum quod accepit, cuius opinionem sequitur etiam & probat Menchac. *vbi supra num. 55.* Itaque secundum supradictos omnes, quando nulla læsio illata fuit filiofamilias, nec vllum malum ex his, quæ lex præsumit, ex mutui datione contigerit, sed versum est mutuum in vtilitatem filiifamil. & eius patris, tunc tenetur minor illud reddere & solvere in foro conscientie sine dubio. Et hæc est communis & vera opinio & resolutio, secundum Menchac. *vbi supra.* Si vero ex illo mutuo damnum vel malum illatum & sequutum sit, nullamque vtilitatem senserit ex eo patetfamilias, tunc frequentiores tenent non teneri in conscientia filiumfamil. reddere mutuum illud & solvere creditoribus, quo accepit, licet Couarru. & Menchac. *vbi supra* teneant contrarium, ego in hoc submitto me iudicio ecclesie & voto meliori Theologorum.

S V M M A R I V M .

- 1. Promissio facti alieni non inducit obligationem, pena tamen vel interesse hoc casu promitti potest, valet autem promissio, qua quis promittit se facturum & curaturum, quod talis homo dabit vel faciet: item promissio facti alieni facta in iudicio valet.
- 2. Promissio facti alieni de iure canonico in hunc sensum valet, ut promissor teneatur se acturum & curaturum, &c.
- 3. Promissio facti alieni iuramento prestito concepta, eundem sensum habet, & quomodo hoc intelligatur.
- 4. Difficultas excusat a mora, pena & periurio.
- 5. Iusta causa non excusat a pena conventionali, nisi iusta causa procedat a difficultate vera, que in hoc consistit, ut debitor possibilem apud se diligentiam adhibuerit.
- 6. Promissio facti alieni hodie de iure Regio valet meliori modo quo potest valere, scilicet, ut promissor teneatur se facturum & curaturum.

C A P V T XLIV.

De promissione facti alieni.

PROMISSIO facti alieni non inducit obligationem: pena tamen interesse vel hoc casu promitti potest, text. est in leg. stipulatio ista, in prin. ff. de verbor. obligation. text. in §. si quis alium, Instit. de iur. iudic. stipulat. l. 11. tit. 11. parit. §. vbi tres conclusiones probantur. Prima, quod promissio facti alieni non valet, nisi promitteret quis suos heredes aliquid facturos vel duros, quia tunc valet promissio hæc. Secunda, quod si quis promitteret se facturum & curaturum, quod talis homo dabit vel faciet, valet talis promissio, quia tunc non solum promittitur factum alienum, sed proprium, & hoc casu si ille non adimpleat, promittens tenetur adimplere cum damnis, quæ hac ratione contigerit creditori. Tertia conclusio, quod si promissio facti alieni fiat in iudicio, ut de iudicio sistendo aliquem vel illum ratum habiturum, quod iudicatum fuerit, aut rem pupilli saluam fore, valet hæc promissio, ut in d. leg. Regia totum hoc probatur. Et hanc materiam de facti alieni promissione bene legit ultra ordinarios Antonius Gomez. 2. tomo capitul. 10. de indiuid. numero 23. & omnium optime insignis Couarruu. de pact. in 6. secunda parte, §. 5. per totum folio 100. vbi plurimas conclusiones & resolutiones verissimas, & communes, & in huiusmodi materia declaratione ponit, tam circa validitatem huius promissionis facti alieni iure civili & canonico, & quando adimpleat, qui promissit se facturum & curaturum sub pena, ut liberetur ab ea, & ab interesse, & an iuramento confirmetur promissio facti alieni, & quid tunc operetur iuramentum, & an difficultas, & quibus casibus excuset a pena, mora & periurio, quam de promissione facti alieni in iudicio facta, & alia plura ita mite & exactissime examinat, ut nihil supra, adeo, ut eius sola allegatione in hoc capi, nos contenti essemus, nisi ut adimpleam intentum de virtute & robore iuramenti hoc casu, ex eiusdem

dem auctoris scriptis reperere cogere.

Promissio itaque facti alieni, ꝛ sicut iure canonico in hunc sensum valet, ut promittens teneatur se acturum & curaturum quod alter faciat, quia hoc dicitur æquitas canonica, ut tenet gloss. in cap. Eleuterius 9. i. dist. 11. quæ est communis opinio, ut alios allegans testatur Couarr. vbi supra, vbi idem vtroque iure in matrimoniali causa obtinere probat.

Ita etiam ꝛ promissio facti alieni iuramento præstito concepta, eundem sensum habet, ut qui iuravit promississe videatur se acturum & curaturum, quia iuramento hoc operatur, ut faciat actum valere meliori, modo, quo potest, ut in l. cum pater, §. filius matrem, digesti. de legat. 2. Et in terminis huius conclusionis de promissione facti alieni iurata, quod habeat supradictum effectum tenet gloss. in capitul. ex rescripto, gloss. final. de iur. iurand. quam ibi sequitur Abb. & ceteri Doctor. & Gregor. Lopez. in dist. l. 11. in gloss. 1. ad finem, & Anton. Gomez. vbi supra, dicens, quod ita tenent Romanus, & communiter Moderni in dist. l. stipulatio ista, in prin. Et hanc sententiam crebriori calculo esse approbatam affirmatur in 1. tom. comman. opinio. libro 9. questio 7. de iuramento pagin. 619. pluribus eiusdem auctoribus relatis, vbi ampliatur, etiam si dicatur, se facturum & curaturum cum effectu: quia hoc verbum importat, quod non simuletur, sed vera & bona fide, quantum in eo erit curabit id fieri, non tamen obligat promittentem ad impossibile: quæ ampliatio mihi placet, quamvis alij relati per Anton. Gabr. num. 8. vbi infra allegabitur, teneant contrarium non bene meo iudicio. Hanc etiam opinionem tenet & sequitur Roland. à Valle conf. 6. num. 33. lib. 1. vbi inquit, promissorem hunc compellendum fore, ut præcise adimpleat factum ex gloss. & Doctoribus in l. si pecuniam ff. de cond. ob. caus. Caius opinio, in hoc vltimo ipse in hunc sensum accipio, scilicet, quod promittens hoc casu cogatur factum adimplere præcise in ea forma, qua valet & interpretatur valere promissio interuentu iuramenti, scilicet, se facturum & curaturum: hoc namque præcise compellendus erit promissor hic, ut faciat & curet, sed si id fecerit & curauerit, prout sibi possibile sit, adimplebit & ad nihil aliud tenebitur & liberatur à pena & interesse, iuxta late tradita per Couarru. vbi supra per totum §. Dicendum, esse communem opinionem quod promissor hoc casu & in alijs, quibus promittens factum alienum tenetur, se facturum & curaturum, liberatur, si diligenter, iuxta proprias vires curauerit, quod alter faciat. Quam etiam testatur communem opinionem alios referens Gregorius Lopez. in dist. l. 11. in gloss. Tenuendo seria et, qui in fine dist. gloss. aduertit, quod illa l. partiæ satis vrget contra hanc communem opinionem, sed debet intelligi prædicta. lex secundum communem opinionem supradictam, dum dicit: Si el otro no lo cumpliere, tenudo seria el de lo cumplir, eo de lo pechar con los daños y menoscabos, &c. Scilicet, eo casu, quo promissor non adhibuerit omnem diligentiam sibi possibilem ad hoc, ut alius adimplet, quo casu iustum est, ut promissor adimpleat vel soluat damna & interesse. Si vero fecit & curauit, iuxta proprias vires, ut tertius adimplet, qui adhuc noluit adimplere: tunc hoc casu lex Regia non dicit quod promissor teneatur Vnde intrat nunc communis opinio supra dicta, quod promissor quandoquidem

dem fecit & curauit sicut promissit, ut ille tertius faceret, liberatur à pena & interesse. Et sic est intelligenda l. illa partiæ. Nec enim credendum est, in sua generalitate velle corrigere hanc communem opinionem: præcipue cum graue sit & contra ius, ut iste promissor sine culpa puniatur in solutione damnorum, pena vel interesse; quandoquidem fecit quicquid potuit, ut ille tertius adimplet, licet ipse tertius noluit adimplere, contra regulam l. sancimus, C. de panis, vbi probatur, quod pena suos debet tenere auctores, & eos non egreditur, & contra aliam regulam iuris, quod vbi non est mora, non est culpa, & vbi non est culpa, non est pena. Præterea, quia alius compelleretur hic promissor in plus quam promissit, quia ipse promissit se facturum & curaturum, quod ille faciet sub tali pena: Si igitur fecit & curauit quicquid potuit, ut ille faceret ià adimplet & soluit promissa, licet tertius ille non fecerit: vnde solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, ut sunt iura vulgaria & obligatio est stricti iuris, & non est extendenda in plus, quam sonat, ut in l. quicquid astringenda, digesti. de verb. oblig. & in l. veteribus, digesti. de pactis, quia ad impossibile nemo obligatur.

4. Et disti. alias & excusat a mora & pena, ut in l. si vobis, §. id iuris, ff. ad l. Rhod. de iact. & etiam à pena periurij, ut in c. breui, de iur. iurand. & ibi gl. & late Tiracquel. de vtroque retractu. tit. 2. §. 1. gl. 6. num. 56. quod limitatur quando difficultas inerat à princ. ut tenet Nauar. in mor. capit. 12. num. 22.

5. & tradit bene Couarru. vbi supra. Vbi inquit ꝛ quod licet secundum communem opinionem, iusta causa non excuset à pena conventionali, attamen vbi iusta causa procedit à difficultate vera, quæ in hoc consistit, ut debitor possibilem apud se diligentiam adhibuerit, existimat ipse eam iustam causam à pena conventionali excusare. Restando igitur ad dictum Roland. à Valle vbi supra, dum dixit promissorem facti alieni cum iuramento cogi præcise facere, non intelligas, quod cogatur præcise facere, ut ille tertius omnino adimplere debeat taliter, quod si non adimpleat, licet promissor fecerit diligentiam sibi possibilem, teneatur ad penam & interesse, sed tantum, quod ipse promissor faciat, quod possit iuxta vires suas, ut ille tertius adimpleat. Et hoc factum & curato licet tertius adimplere nolit, liberatur promissor, iuxta supradictam opinionem, probatam supradictis iuribus & rationibus: quam etiam alios plures allegans testatur communem, & in practica seruari ex testimonio Fel. additio Matth. de Afflic. decis. Neap. 295. quam decisionem & alios allegauit Couar. vbi supra. Eandem etiam testatur communem plures referens Ant. Gab. lib. 3. commun. opin. conclus. 2. de pactis & convent. n. 1. & seqq. vbi exemplificat in promittente facere aliquid consentire vel ratificare, vel quod talis capiet talem mulierem in vxorem vel e contrarium faciendum omnem diligentiam, ut effectus sequatur, licet si cesset, absque culpa tamen sua liberatur huiusmodi promissor, ibique ampliatur & limitatur pluribus modis.

6. Vltimo ꝛ pro complemento huius c. est aduertendum quod hodie iure Regio attendit l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. quæ hodie est l. 2. tit. 16. lib. 5. nou. recop. Reg. etiam iure civili promissor facti alieni, absque iuramento teneatur adimplere meliori modo quo potest, & sic videtur promississe se facturum & curaturum, ut interpretetur actus, ut

magis valeat quam peccat, ut in leg. quoties in stipulationibus, digesti. de verb. oblig. & in capi. Abbari S. Syluani, de verb. signif. Et ita inuenio, quod in terminis attendit d. l. Regia, tenet Greg. Lop. in dist. l. 11. gl. 1. dicens hoc in dist. l. ordinamenti probari secundum veram literam, dum dicit, O se obligo de dar otro, o de fazer & non quod dicat, O que se obligo alguno de dar a otro, o fazer. Nam illa litera A. superflua videtur, & quod non debeat esse, quia esset dicere idem, quod dixerat supra secundum ipsam, qui optime loquitur & bene ponderauit dictam literam. Nam in d. nou. recopilatio, qua d. l. ordinamenti posita fuit, ponitur & transtabitur eodem modo, quod dixerat Greg. Lop. esse veram literam illius l. Nam dicitur in d. l. nona recopilatio. O que se obligo alguno qua daria otro, o haria alguna cosa. Nam secundum hanc veram & communem literam illius l. expresse probat l. illa, quod hodie promissio facti alieni valet & tenet. Nam cum dixisset lex in sui principio. Pareciendo que alguno se quis obligar a otro por promission, o por algun contrato, o en otra manera, sea tenudo de cumplir aquello que se obligar. Inter alias exceptiones de iure communis competentes, quas tollit nunc lex, ut minime admittatur obligatus quo minus desinat adimplere, quod promissit, hanc adicit de facto alieno his verbis, O que se obligo alguno, que daria otro, o haria alguna cosa. Et inquit lex in fi. Mandamos que toda via vala la dicha obligacion y contrato que fuere fecho en qualquiera manera que parezca que uno se quis obligar a otro. Ecce igitur l. expressissimam, quæ probatur valere promissionem facti alieni, quæ cum valeat interpretanda est in eum sensum, quo melius consistere possit, scilicet, ut promissor teneatur facere & curare, ut ille tertius faciat, & non teneatur ad amplius, cum iuramentum hoc etiam operetur, & non amplius. Item pro hac opinione facit etiam communis opinio supra dicta, quod iure canonico promissio facti alieni valet & tenet in eundem sensum, ut promissor teneatur facere & curare quod in se fuerit, ut ille tertius adimpleat, cum ius Regium & canonicum in hoc de valore pacti, quod alias de iure communis non valebat, pari passu ambulant, iuxta text. in c. 1. de pact. & eius communem intellectum, & in d. l. Regiam ordinamenti. Vnde optime dixit in proposito Greg. Lopez. vbi supra, quod de iure Regio valet d. promissio facti alieni, ut promissor videatur promittere se facturum & curaturum: & hoc sonant & volunt supradicta verba fina. d. l. Regia dum dicit. Mandamos, que toda via vala la dicha obligacion y contrato que fuere fecho, ibi, en qualquiera manera que parezca que uno se quis obligar a otro. Nam verba hæc expresse insinuant, valere obligationem respectu eius, quod promissor voluit se obligare alij. Et sic cum promissor facti alieni in hoc tantum visus fuerit, se velle obligare creditori, scilicet, quod ipse faciet & curabit, ut ille tertius det, ut faciat quid tale, quia se obligare præcise, ut ille tertius faciat, reputatur impossibile, cum depêdat à voluntate tertij, qui se non obligauit, nec consensus præd. promissioni præstiterit, merito, quod in eo tantum valeat obligatio facti alieni, in quo promissor voluit se obligare, scilicet, se facturum & curaturum, iuxta d. l. Regiam in dictis finalibus verbis, quam profecto expressam in hanc sententiam existimo esse. Et ita est tenendum in iudicando & consulendo, quamuis Anton. Gomez